edat mundu et alie naues erat
in periculo et fta e procella magna
venti z fluctus mittebat i nauim
ita ut impleret naues z erat
ipe in puppi supsr capitis dor
miens et excitat eu z dicut ei
magr no ad te ptinet qz perimim
et expurgeb cominatus e vento
z dixit mari tace obmutesce et
cessauit ventus z fta e tranquil
litas magna Et ait illis quid
timidi estis nec dum habetis fidem
et timuerut magno timore z di
cebat ad alterutr qz putabat e
iste qz z ventus z mare obediut ei
Et venerut trans fretu Cap V
mdab i regione gerasenor
et expunte ei de naui statim occurrit
de monumentis homo spu immundo q
domicilium habebat in monumentis
et neq catenis amplius quisq eu
potuit ligare qm sepe compedibus
et catenis vinctus distrupisset
catenas et compedes comminu
isset et neq potuit eu domare
et semp nocte ac die i montibus z
in monumentis erat clamans
et concidens se lapidibus Videns
autem ihm a longe cucurrit et
adorauit eu et clamans voce
magna dixit quid mihi z tibi ihu
fili dei summi adiuro te p deum
ne me torqueas Dicebat enim
illi exi spu immunde ab homine
et interrogabat eu quod tibi
nomen est Et dicit legio michi
nomen est qua multi sumus et
deprecabat eu multum ne se expel
lat extra regione Erat autem
ibi circa montem grex porcorum magnus
pascens Et deprecabant eum
spus dicentes mitte nos in porcos
ut in eos introeamus z concessit
eis statim ihus Et exeuntes spus
immundi intrauerut in porcos z mg
no impetu grex precipitatus est
in mare ad duo milia z suffocati
sunt in mari Qui autem pascebant eos
fugerunt z nuntiauerut in ciuitatem
et in agros Et exierunt uidere
quid esset factum et uenerut ad ihm
et uident illum q a demonio vexa
batur sedentem vestitum z sanum mentis
et timuerut z narrauerut illis qui
uiderat qualiter factum esset ei qui
demonium habuerat z de porcis
et rogare eu ceperunt ut discederet
de finibus eorum Et cum ascenderet
naue cepit illum deprecari q a demonio
vexatus fuerat ut esset cu illo et
non admisit eum sed ait illi Vade in
domum tuam ad tuos z annuncia illis
quanta tibi dns fecit z miserit
tui et abiit z cepit predicare in de
capoli quanta sibi fecisset ihus
et omes mirabantur Et cu trans
cendisset ihus in naui rursum trans
fretum contulit turba multa ad illum
et erat circa mare Et ecce unus
de archisinagogis nomine iairus
et videns eu procidit ad pedes
eius et deprecabat eum multum dicens
quia filia mea in extremis est Ve
ni impone manum tua super eam z salua
fiet z viuet Et abiit cu illo z sequeba
batur eu turba multa z comprimebant
eum illum Et mulier q erat in fluxu

sagiuꝰ anoꝫ ꝓɔ et fide multꝝ
ꝑfessꝰ a quapluribꝰ medicis et
erogauerat oia sua nꝝ quidꝙ
ꝓfecerat sed magis deteriꝰ habe
bat cui audisset de ihu venit in
turba retro et tetigit vestimentu ei
Dicebat em intra si vel vesti
cuius tetigero salua ero et cotinuo
siccatus est fons sanguinis ei⁹ et sen
sit corpe qꝺ sanata esset a plaga
et stati ihus cognoscens in semetipo
virtutẽ q exierat ab eo conuersꝰ ad
turbas aiebat quis tetigit vesti
menta mea et dicebant discipuli sui
ad eum Vides turbas comprimentes te et
dicis qꝺ me tetigit et circumspicie
bat videre ea q̃ hoc fecerat mulier
at timens et tremens sciens qꝺ sibi fm
in se venit et prodit ante eum et dixit
ei omnem veritatem Ille at dixit ei
filia fides tua te saluam fecit Vade
in pace et esto sana a plaga tua
Adhuc eo loquente venit ab ar
chisinagogo dicentes quia filia
tua mortua e quid ultra vexas
magistrum Jhus at vo qꝺ dicebatur
audito aut archisinagogo Noli
timere tantum crede et no admisit
quemq̃ secꝫ se nisi petrꝫ et Jacobꝫ
et Johem fratrem Jacobi et venit
ad domum archisinagogi et vidit
tumultum et flentes et ululantes
multa et ingressus ait eis quid
turbamini et ploratis puella no e
mortua sed dormit et irridebat
eum Ipe vo eiectis oibus assump
sit patrem et matrem puelle et qui cum
erant et ingreditur ubi erat puel
la iacens et tenens manum puelle
ait illi talitha cumi qꝺ est interpre
tatum puella tibi dico surge et statim

surrexit puella et ambulabat erat
enim annoꝝ xij et obstupuerunt stu
pore magno et precepit illi vehe
menter ne quis hoc sciret et dixit dari illi
Et egressus inde abiit in
de in patriam suam et
sequebant illum discipuli sui et
sabbato cepit in sinagoga docere
et multi audientes admirabantur
in doctrina eius dicentes unde huic
hec sapia et que e sapia que data e
illi et virtutes hmoi que per manus
eius efficiuntur nonne hic e fabri
fabri et mater iacobi et
ioseph et iude et symonis nonne et
sorores eius hic nobiscum sunt et scandali
zabantur in illo Et dicebat eis Ihs
quia non e propheta sine honore nisi
in patria sua et in cognatione sua et
in domo sua et non potuit ibi virtutem
ullam facere nisi paucos infirmos im
positis manibus curauit et mira
batur propter incredulitatem eorum Et
circuibat castella circuitu docens
Et conuocauit xij et cepit eos mit
tere binos et dabat illis potestatem spi
rituum immundorum et precepit eis ne
quid tollerent in via nisi virgam
tantum non peram non panem neque nec
nummos sed calceatos sandaliis et
ne induerentur duabus tunicis
Et dicebat eis Quotcumq̃ introieritis
in domum illic manete donec exeatis
inde Et quicumq̃ non receperit vos
exeuntes inde excutite pulverem
de pedibus vris in testimonium illis
Et exeuntes predicabant ut penite
agerent et demonia multa eiiciebant
et ungebant oleo multos egrotos
et sanabant Et audito hoc rege

dcpe mansionem q̄ fecim̄ e nomē ei
z dicebat. Audiuit iohes baptista
reclusus opera xpi et mittens duos
de discipulis suis ait illi. Tu es qui
venturus es an alium exspectamus
Respondens ihesus ait illis. Euntes
renuntiate iohi quae audistis et
uidistis. Caeci uident claudi ambulant
leprosi mundantur surdi audiunt
mortui resurgunt pauperes evangelizantur
et beatus est qui non fuerit scandalizatus
in me. Hiis autem abeuntibus coepit
dicere ad turbas de iohanne. Quid existis
in desertum uidere arundinem uento
agitatam. Sed quid existis uidere
hominem mollibus uestimentis indutum
Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus
regum sunt. Sed quid existis uidere
prophetam. Etiam dico uobis et plus
quam prophetam. Hic est enim de quo
scriptum est. Ecce ego mitto angelum
meum ante faciem tuam qui praeparabit
uiam tuam ante te. Amen dico uobis
non surrexit inter natos mulierum
maior iohanne baptista. Qui autem
minor est in regno caelorum maior est
illo. A diebus autem iohannis baptistae
usque nunc regnum caelorum uim patitur
et uiolenti rapiunt illud. Omnes enim
prophetae et lex usque iohannem prophetauerunt.
Et si uultis recipere ipse est helias qui
uenturus est. Qui habet aures audiendi
audiat. Cui autem similem aestimabo
generationem istam. Similis est pueris
sedentibus in foro et clamantibus
coniugibus suis et dicentibus. Cantauimus
uobis tibia et non saltastis. Lamentauimus
et non planxistis. Uenit enim iohannes
neque manducans neque bibens et dicunt
daemonium habet. Uenit filius hominis
manducans et bibens et dicunt. Ecce
homo uorax et potator uini publicanorum
et peccatorum amicus. Et iustificata est
sapientia a filiis suis. Tunc coepit
exprobrare ciuitatibus in quibus factae
sunt plurimae uirtutes eius quia non
egissent paenitentiam. Uae tibi corozain
uae tibi bethsaida quia si in tyro et sidone
factae essent uirtutes quae factae sunt
in uobis olim in cinere et cilicio
paenitentiam egissent. Uerumtamen dico
uobis tyro et sidoniae remissius erit
in die iudicii quam uobis. Et tu
capharnaum numquid usque in caelum
exaltaberis usque in infernum descendes
quia si in sodomis factae essent uirtutes
quae factae sunt in te forsitan
permansissent usque in hodiernum diem.
Uerumtamen dico uobis quia terrae
sodomorum remissius erit in die iudicii
quam tibi. In illo tempore respondens
ihesus dixit confiteor tibi pater domine
caeli et terrae quia abscondisti haec a
sapientibus et prudentibus et reuelasti
ea paruulis. Etiam pater quoniam sic
fuit placitum ante te. Omnia mihi
tradita sunt a patre meo et nemo
nouit filium nisi pater neque patrem
quis nouit nisi filius et cui uoluerit
filius reuelare. Uenite ad me omnes
qui laboratis et onerati estis et ego
reficiam uos. Tollite iugum meum
super uos et discite a me quia mitis
sum et humilis corde et inuenietis
requiem animabus uestris. Iugum enim
meum suaue est et onus meum leue est.
In illo tempore ibat ihesus sabbatis
per sata et discipuli eius esurientes
coeperunt uellere spicas et manducare
pharisaei autem uidentes dixerunt ei
ecce discipuli tui faciunt quod non licet
facere in sabbato. Ipse autem dixit eis
numquam legistis quid fecerit dauid
cum esuriret ipse et qui cum illo erant
quomodo intrauit in domum dei et
panes propositionis manducauit quos
non licebat ei manducare neque his
qui cum illo erant sed solis sacerdotibus
aut non legistis in lege quia sacerdotes
in templo sabbatum uiolant et sine
crimine sunt. Dico autem uobis quia
templo maius hic est. Si autem scissetis
quid est misericordiam uolo et non
sacrificium numquam condemnassetis
innocentes. Dominus enim est filius
hominis etiam sabbati. Et cum inde
transisset uenit in uicum suum et
ecce homo manum habens aridam
et interrogauerunt eum dicentes
si licet sabbatis curare ut accusarent
eum. Qui ait illis quis erit ex
uobis homo qui habeat ouem unam
et si haec cadat in sabbatum nonne
tenebit et leuabit eam. Quanto
magis melior est homo ove itaque
licet sabbatis benefacere. Tunc ait
homini extende manum tuam et
extendit et restituta est sanitati
sicut altera. Exeuntes autem pharisaei
fecerunt consilium aduersus eum
quemadmodum eum perderent. Ihesus
autem sciens abscessit inde et secuti
sunt eum multi et curauit eos omnes
et comminatus est eis ne manifestum
eum facerent. Ut adimpleretur quod
dictum est per esaiam prophetam
dicentem. Ecce puer meus quem elegi
dilectus meus in quo bene complacuit
sibi anima mea. Ponam spiritum meum
super eum et iudicium gentibus adnuntiabit.
Non contendet neque clamabit neque
audiet aliquis in plateis uocem eius.
Arundinem quassatam non conteret et
linum fumigans non extinguet donec
eiciat ad uictoriam iudicium. Et in
nomine eius gentes sperabunt. Tunc
oblatus est ei daemonium habens
caecus et mutus et curauit eum ita
ut caecus loqueretur et uideret. Et
stupebant omnes turbae et dicebant
numquid hic est filius dauid. Pharisaei
autem audientes dixerunt hic non eicit
daemonia nisi in beelzebub principe
daemoniorum. Et cum uidisset ihesus
cogitationes eorum dixit eis omne
regnum diuisum contra se desolabitur
et omnis ciuitas uel domus diuisa contra
se non stabit. Et si satanas satanam
eiecit contra se diuisus est quomodo
ergo stabit regnum eius. Et si ego in
beelzebub eicio filii uestri in quo eiciunt
ideo ipsi iudices uestri erunt. Si autem
in spiritu dei eicio daemonia profecto
praeuenit in uos regnum dei. Aut quomodo
potest quisquam intrare in domum fortis
et uasa eius diripere nisi prius fortem
ligauerit et tunc domum eius diripiet.
Qui non est mecum contra me est et qui
non colligit mecum spargit. Ideo dico
uobis omne peccatum et blasphemia
remittetur hominibus spiritus autem
blasphemia non remittetur. Et quicumque
dixerit uerbum contra filium hominis
remittetur ei qui autem dixerit contra
spiritum sanctum non remittetur ei
neque in hoc saeculo neque in futuro.
Aut facite arborem bonam et fructum
eius bonum aut facite arborem malam
et fructum eius malum. De fructu enim
arbor cognoscitur. Progenies uiperarum
quomodo potestis bona loqui cum sitis
mali ex abundantia enim cordis os loquitur.
Bonus homo de bono thesauro profert
bona et malus homo de malo thesauro
profert mala. Dico autem uobis quod
omne uerbum otiosum quod locuti fuerint
homines reddent rationem de eo in die
iudicii. Ex uerbis enim tuis iustificaberis
et ex uerbis tuis condemnaberis. Tunc
quidam de scribis et pharisaeis dixerunt
magister uolumus a te signum uidere.
Qui respondens ait illis generatio mala
et adultera signum quaerit et signum
non dabitur ei nisi signum ionae prophetae.
Sicut enim fuit ionas in uentre ceti
tribus diebus et tribus noctibus sic erit
filius hominis in corde terrae tribus
diebus et tribus noctibus. Uiri niniuitae
surgent in iudicio cum generatione
hac et condemnabunt eam quia paenitentiam
egerunt in praedicatione ionae et ecce
plus quam ionas hic. Regina austri
surget in iudicio cum uiris generationis
huius et condemnabit eos quia uenit
a finibus terrae audire sapientiam
salomonis et ecce plus quam salomon hic.
Cum autem immundus spiritus exierit
de homine ambulat per loca inaquosa
quaerens requiem et non inuenit. Tunc
dicit reuertar in domum meam unde
exiui et ueniens inuenit eam uacantem
scopis mundatam et ornatam. Tunc
uadit et assumit septem alios spiritus
secum nequiores se et ingressi habitant
ibi et fiunt nouissima hominis illius
peiora prioribus. Sic erit et generationi
huic nequissimae. Adhuc illo loquente
ecce mater eius et fratres stabant foris
quaerentes loqui ei. Dixit autem quidam
ei ecce mater tua et fratres tui foris
stant quaerentes te. At ille respondens
dicenti sibi dixit quae est mater mea
et qui sunt fratres mei. Et extendens
manum in discipulos suos ait ecce
mater mea et fratres mei. Quicumque
enim fecerit uoluntatem patris mei
qui in caelis est ipse meus frater et
soror et mater est. In illo die exiens
ihesus de domo sedebat secus mare
et congregatae sunt ad eum turbae
multae ita ut in nauem ascendens
sederet et omnis turba stabat in litore
et locutus est eis multa in parabolis
dicens. Ecce exiit qui seminat seminare
semen suum et dum seminat quaedam
cecidit secus uiam et uenerunt uolucres
et comederunt illud. Aliud autem cecidit
super petrosa ubi non habebat terram
multam et continuo exortum est quia
non habebat altitudinem terrae. Sole
autem orto aestuauit et quia radicem
non habebat aruit. Et aliud cecidit
inter spinas et ascenderunt spinae et
suffocauerunt ea. Et aliud cecidit in
terram bonam et dabat fructum aliud
centesimum aliud sexagesimum aliud
tricesimum. Qui habet aures audiendi
audiat. Et accedentes discipuli dixerunt
ei quare in parabolis loqueris eis.
Ille autem respondens ait illis quia
uobis datum est nosse mysteria regni
caelorum illis autem non est datum.
Qui enim habet dabitur ei et abundabit
qui autem non habet et quod habet
auferetur ab eo. Propterea in parabolis
loquor eis quia uidentes non uident
et audientes non audiunt neque intellegunt.
Et adimplebitur in eis prophetia esaiae
dicentis. Auditu audietis et non intellegetis
et uidentes uidebitis et non uidebitis.
Incrassatum est enim cor populi huius
et auribus grauiter audierunt et oculos
suos clauserunt nequando uideant oculis
et auribus audiant et corde intellegant
et conuertantur et sanem eos. Uestri
autem beati oculi quia uident et aures
uestrae quia audiunt. Amen dico uobis
quia multi prophetae et iusti desiderauerunt
uidere quae uos uidetis et non uiderunt
et audire quae audistis et non audierunt.
Uos ergo audite parabolam seminantis.
Omnis audiens uerbum regni et non
intellegens uenit malus et rapit quod
seminatum est in corde eius. Hic est
qui secus uiam seminatus est. Qui autem
super petrosa seminatus est hic est qui
uerbum audit et continuo cum gaudio
accipit illud. Non habet autem radicem
in se sed est temporalis. Facta autem
tribulatione et persecutione propter
uerbum continuo scandalizatur. Et qui
in spinis seminatus est hic est qui
uerbum audit et sollicitudo saeculi huius
et fallacia diuitiarum suffocat uerbum
et sine fructu efficitur. Qui autem
super bonam terram seminatus est hic
est qui uerbum audit et intellegit et
fructum affert et facit alius centesimum
alius sexagesimum alius tricesimum.
Aliam parabolam proposuit illis dicens
simile factum est regnum caelorum homini
qui seminauit bonum semen in agro suo.
Cum autem dormirent homines uenit
inimicus eius et superseminauit zizania
in medio tritici et abiit. Cum autem
creuisset herba et fructum fecisset tunc
apparuerunt et zizania. Accedentes autem
serui patris familias dixerunt ei domine
nonne bonum semen seminasti in agro
tuo unde ergo habet zizania. Et ait illis
inimicus homo hoc fecit. Serui autem
dixerunt ei uis imus et colligimus ea.
Et ait non ne forte colligentes zizania
eradicetis simul cum eis triticum.
Sinite utraque crescere usque ad messem
et in tempore messis dicam messoribus
colligite primum zizania et alligate ea
in fasciculos ad comburendum triticum
autem congregate in horreum meum.
Aliam parabolam proposuit eis. Simile
est regnum caelorum grano sinapis quod
accipiens homo seminauit in agro suo
quod minimum quidem est omnium seminum
cum autem creuerit maius est inter olera
et fit arbor ita ut uolucres caeli ueniant
et habitent in ramis eius. Aliam parabolam
locutus est eis. Simile est regnum caelorum
fermento quod acceptum mulier abscondit
in farinae satis tribus donec fermentatum
est totum. Haec omnia locutus est ihesus
in parabolis ad turbas et sine parabolis
non loquebatur eis ut adimpleretur quod
dictum est per prophetam dicentem.
Aperiam in parabolis os meum eructabo
abscondita a constitutione mundi. Tunc
dimissis turbis ihesus uenit in domum
et accesserunt discipuli eius dicentes
ei edissere nobis parabolam zizaniorum
agri. Qui respondens ait illis. Qui seminat
bonum semen est filius hominis. Ager
autem est mundus. Bonum autem semen
hi sunt filii regni. Zizania autem sunt
filii nequam. Inimicus autem qui seminauit
ea est diabolus. Messis autem consummatio
saeculi est. Messores autem angeli sunt.
Sicut ergo colligentur zizania et igni
comburentur sic erit in consummatione
saeculi. Mittet filius hominis angelos
suos et colligent de regno eius omnia
scandala et eos qui faciunt iniquitatem
et mittent eos in caminum ignis ibi erit
fletus et stridor dentium. Tunc iusti
fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.
Qui habet aures audiendi audiat. Simile
est regnum caelorum thesauro abscondito
in agro quem qui inuenit homo abscondit
et prae gaudio illius uadit et uendit
uniuersa quae habet et emit agrum illum.
Iterum simile est regnum caelorum homini
negotiatori quaerenti bonas margaritas
inuenta autem una pretiosa margarita
abiit uendidit omnia quae habuit et
emit eam. Iterum simile est regnum
caelorum sagenae missae in mare et ex
omni genere congreganti quam cum impleta
esset educentes et secus litus sedentes
elegerunt bona in uasa sua malos autem
foras miserunt. Sic erit in consummatione
saeculi exibunt angeli et separabunt
malos de medio iustorum et mittent eos
in caminum ignis ibi erit fletus et
stridor dentium. Intellexistis haec omnia
dicunt ei etiam domine. Ait illis ideo
omnis scriba doctus in regno caelorum
similis est homini patri familias qui
profert de thesauro suo noua et uetera.
Et factum est cum consummasset ihesus
parabolas has transtulit se inde et
uenit in patriam suam et docebat eos
in synagogis eorum ita ut mirarentur
et dicerent unde huic sapientia haec et
uirtutes. Nonne hic est fabri filius
nonne mater eius dicitur maria et fratres
eius iacobus et ioses et simon et iudas
et sorores eius nonne omnes apud nos
sunt unde ergo huic haec omnia. Et
scandalizabantur in eo. Ihesus autem
dixit eis quia non est propheta sine
honore nisi in patria sua et in domo
sua. Et non fecit ibi multas uirtutes
propter incredulitatem eorum. In illo
tempore audiit herodes tetrarcha famam
ihesu et ait pueris suis hic est iohannes
baptista ipse surrexit a mortuis et propterea
uirtutes operantur in illo. Herodes enim
tenuit iohannem et uinctum posuit in
carcere propter herodiadem uxorem
philippi fratris sui quia dicebat ei
iohannes non licet tibi habere uxorem
fratris tui. Herodes autem uolens eum
occidere timuit populum quia sicut
prophetam eum habebant. Natalicia autem
diebus celebrabantur herodis saltauit
filia herodiadis in medio et placuit
herodi unde cum iuramento confessus est
illi dare quodcumque petisset ab ea.
Illa autem mota a matre sua ait da mihi
hic in disco caput iohannis baptistae.
Et contristatus rex propter iusiurandum
et eos qui simul erant iussit reddi
et misit decollauit iohannem in carcere
et allatum est caput eius in disco et
datum puellae et tulit mater sua. Et
accesserunt discipuli eius et tulerunt
corpus et sepelierunt illud et uenientes
nuntiauerunt ihesu. Audito autem ihesus
secessit inde in nauicula in locum
desertum seorsum et audierunt turbae
et secutae sunt eum pedestres de ciuitatibus
et exiens uidit turbam multam et misertus
est eis et curauit infirmos eorum. Cum
autem sero factum esset accesserunt ad
eum discipuli eius dicentes locus est
desertus et hora iam praetergressa est
dimitte turbas ut euntes in castella
emant sibi cibos. Ihesus autem dixit
eis non habent necesse ite uos date illis
manducare. Respondentes autem dicunt
ei non habemus hic nisi quinque panes
et duos pisces. Qui ait illis adferte
mihi illos hic. Et cum iussisset turbas
discumbere super fenum accepit quinque
panes et duos pisces et respiciens in
caelum benedixit et fregit et dedit
discipulis panes discipuli autem dederunt
turbis. Et manducauerunt omnes et
saturati sunt et quod superauit de
fragmentis tulerunt duodecim cophinos
plenos. Manducantium autem fuit numerus
quinque milia uirorum exceptis mulieribus
et paruulis. Et statim compulit ihesus
discipulos suos ascendere nauem et
praecedere eum trans fretum donec
dimitteret turbas. Et cum dimisisset
turbas ascendit in montem seorsum
orare. Uespere autem cum esset solus
nauis autem in medio mari iactabatur
fluctibus erat enim contrarius uentus.
Et in quarta uigilia noctis abiit ad eos
ihesus ambulans super mare. Et uidentes
eum discipuli ambulantem super mare
turbati sunt dicentes quia phantasma est
et prae timore clamauerunt. Et continuo
ihesus locutus est eis dicens. Confidite
ego sum nolite timere. Respondens autem
petrus dixit illi domine si tu es iube
me ad te uenire super aquas. Qui ait
ueni. Et descendens petrus de nauicula
ambulauit super aquas ut ueniret ad
ihesum. Uidens autem uentum ualidum
timuit et cum coepisset mergi clamauit
dicens domine saluum me fac. Et continuo
ihesus extendens manum suam tenuit eum
et dixit illi modicae fidei quare dubitasti
Et ascendentibus eis in nauem cessauit
uentus. Et qui in nauicula erant uenerunt
et adorauerunt eum dicentes uere filius
dei es. Et transfretantes uenerunt in
terram genesar. Et cum cognouissent
uiri loci illius misserunt in uniuersam
regionem illam et obtulerunt ei omnes
male habentes et deprecabantur eum
ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent
et quicumque tetigerunt sanati sunt.
Tunc accesserunt ad ihesum scribae et
pharisaei de hierosolymis dicentes quare
discipuli tui transgrediuntur traditionem
seniorum non enim lauant manus suas
cum panem manducant. Ipse autem
respondens ait eis quare et uos transgredimini
mandatum dei propter traditionem uestram
deus enim dixit honora patrem et matrem
et qui maledixerit patri aut matri morte
moriatur. Uos autem dicitis quicumque
dixerit patri aut matri munus quod
cumque ex me tibi profuerit et non honorificauerit
patrem suum aut matrem irritum fecistis
mandatum dei propter traditionem uestram.
Hypocritae bene prophetauit de uobis
esaias dicens. Populus hic labiis me
honorat cor autem eorum longe est a me
sine causa autem colunt me docentes
doctrinas et mandata hominum. Et conuocata
turba dixit eis audite et intellegite.
Non quod intrat in os coinquinat hominem
sed quod procedit de ore hoc coinquinat
hominem. Tunc accedentes discipuli eius
dixerunt ei scis quia pharisaei audito
hoc uerbo scandalizati sunt. Ipse autem
respondens ait omnis plantatio quam non
plantauit pater meus caelestis eradicabitur.
Sinite illos caeci sunt duces caecorum
caecus autem si caeco ducatum praestet
ambo in foueam cadent. Respondens autem
petrus dixit ei expone nobis parabolam
istam. Ihesus autem dixit adhuc et
uos sine intellectu estis non intellegitis
quia omne quod in os intrat in uentrem
uadit et in secessum emittitur. Quae
autem procedunt de ore de corde exeunt
et ea coinquinant hominem. De corde
enim exeunt cogitationes malae homicidia
adulteria fornicationes furta falsa
testimonia blasphemiae. Haec sunt quae
coinquinant hominem. Non lotis autem
manibus manducare non coinquinat hominem.
Et egressus inde ihesus secessit in partes
tyri et sidonis et ecce mulier chananaea
a finibus illis egressa clamauit dicens
ei miserere mei domine fili dauid filia
mea male a daemonio uexatur. Qui non
respondit ei uerbum. Et accedentes
discipuli eius rogabant eum dicentes
dimitte eam quia clamat post nos. Ipse
autem respondens ait non sum missus
nisi ad oues quae perierunt domus israel.
Illa autem uenit et adorauit eum dicens
domine adiuua me. Qui respondens ait
non est bonum sumere panem filiorum
et mittere canibus. At illa dixit etiam
domine nam et catelli manducant de
micis quae cadunt de mensa dominorum
suorum. Tunc ihesus respondens ait illi
o mulier magna est fides tua fiat tibi
sicut uis et sanata est filia eius ex illa
hora. Et transiens inde ihesus uenit
secus mare galilaeae ascendensque in
montem sedebat ibi. Et accesserunt ad
eum turbae multae habentes secum
mutos claudos caecos debiles et alios
multos et proiecerunt eos ad pedes eius
et curauit eos. Ita ut turba miraretur
uidens mutos loquentes debiles sanos
claudos ambulantes et caecos uidentes
et magnificauerunt deum israel. Ihesus
autem conuocatis discipulis suis ait
misereor super turbam quia ecce iam
triduo sustinent me nec habent quod
manducent et dimittere eos ieiunos nolo
ne forte deficiant in uia. Et ait illi
discipuli unde nobis in deserto tanta
panum copia ut saturemus turbam tantam
Et ait illis ihesus quot panes habetis
at illi dixerunt septem et paucos pisciculos
Et praecepit turbae discumbere super
terram. Et accepit septem panes et
pisces et gratias agens fregit et dedit
discipulis suis discipuli autem dederunt
turbae. Et manducauerunt omnes et
saturati sunt et quod superauit de
fragmentis tulerunt septem sportas
plenas. Manducantium autem fuit numerus
quattuor milia hominum exceptis paruulis
et mulieribus. Et dimissis turbis ascendit
in nauem et uenit in fines magedan.
Et exeuntes pharisaei et sadducaei
temptantes interrogauerunt eum ut
signum de caelo ostenderet illis. At
ille respondens ait illis facta sero dicitis
serenum rubicundum est enim caelum
et mane hodie tempestas rubicundum
et triste est caelum. Faciem ergo caeli
dijudicare nostis signa autem temporum
non potestis. Generatio mala et adultera
signum quaerit et signum non dabitur
ei nisi signum ionae prophetae. Et
relinquens illos abiit. Et cum uenissent
discipuli eius trans fretum obliti sunt
panes accipere. Ihesus autem dixit illis
uidete et cauete a fermento pharisaeorum
et sadducaeorum. At illi cogitabant
intra se dicentes quia panes non accepimus
Quod sciens ihesus ait quid cogitatis
intra uos modicae fidei quia panes non
habetis. Nondum intellegitis neque
recordamini quinque panum in quinque
milia hominum et quot cophinos sumpsistis
neque septem panum in quattuor milia
hominum et quot sportas sumpsistis.
Quomodo non intellegitis quia non de
pane dixerim uobis cauere a fermento
pharisaeorum et sadducaeorum. Tunc
intellexerunt quod non dixisset cauendum
a fermento panum sed a doctrina
pharisaeorum et sadducaeorum. Et
uenerunt in partes caesareae philippi
et interrogabat discipulos suos dicens
quem dicunt homines esse filium hominis.
At illi dixerunt alii iohannem baptistam
alii autem heliam alii uero hieremiam
aut unum ex prophetis. Dicit illis ihesus
uos autem quem me esse dicitis. Respondens
autem simon petrus dixit tu es christus
filius dei uiui. Respondens autem ihesus
dixit ei beatus es simon bariona quia
caro et sanguis non reuelauit tibi sed
pater meus qui in caelis est. Et ego
dico tibi quia tu es petrus et super
hanc petram aedificabo ecclesiam meam
et portae inferi non praeualebunt aduersus
eam. Et tibi dabo claues regni caelorum
et quodcumque ligaueris super terram
erit ligatum et in caelis et quodcumque
solueris super terram erit solutum et
in caelis. Tunc praecepit discipulis suis
ut nemini dicerent quia ipse esset ihesus
christus. Exinde coepit ihesus ostendere
discipulis suis quia oportet eum ire
hierosolymam et multa pati a senioribus
et scribis et principibus sacerdotum et
occidi et tertia die resurgere. Et assumens
eum petrus coepit increpare illum dicens
propitius esto tibi domine non erit tibi
hoc. Qui conuersus dixit petro uade
retro me satana scandalum es mihi quia
non sapis quae dei sunt sed quae hominum.
Tunc ihesus dixit discipulis suis si quis
uult post me uenire abneget semetipsum
et tollat crucem suam et sequatur me.
Qui enim uoluerit animam suam saluam
facere perdet eam qui autem perdiderit
animam suam propter me inueniet eam.
Quid enim prodest homini si mundum
uniuersum lucretur animae uero suae
detrimentum patiatur aut quam dabit
homo commutationem pro anima sua.
Filius enim hominis uenturus est in
gloria patris sui cum angelis suis et
tunc reddet unicuique secundum opera
eius. Amen dico uobis quia sunt quidam
de hic stantibus qui non gustabunt
mortem donec uideant filium hominis
uenientem in regno suo. Et post dies
sex assumit ihesus petrum et iacobum
et iohannem fratrem eius et ducit illos
in montem excelsum seorsum et transfiguratus
est ante eos. Et resplenduit facies eius
sicut sol uestimenta autem eius facta
sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt
illis moyses et helias cum eo loquentes.
Respondens autem petrus dixit ihesu
domine bonum est nos hic esse si uis
faciamus hic tria tabernacula tibi unum
et moysi unum et heliae unum. Adhuc
eo loquente ecce nubes lucida obumbrauit
eos et ecce uox de nube dicens hic est
filius meus dilectus in quo mihi bene
complacui ipsum audite. Et audientes
discipuli ceciderunt in facies suas et
timuerunt ualde. Et accessit ihesus et
tetigit eos et dixit surgite et nolite
timere. Leuantes autem oculos suos
neminem uiderunt nisi solum ihesum.
Et descendentibus illis de monte praecepit
eis ihesus dicens nemini dixeritis uisionem
donec filius hominis a mortuis resurgat.
Et interrogauerunt eum discipuli dicentes
quid ergo scribae dicunt quod helias
oporteat primum uenire. Ihesus autem
respondens ait eis helias quidem uenturus
est et restituet omnia. Dico autem uobis
quia helias iam uenit et non cognouerunt
eum sed fecerunt in eo quaecumque
uoluerunt. Sic et filius hominis passurus
est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli
quia de iohanne baptista dixisset eis.
Et cum uenissent ad turbam accessit ad
eum homo procidens genua sua ei et
dicens domine miserere filio meo quia
lunaticus est et male patitur nam saepe
cadit in ignem et saepe in aquam et
obtuli eum discipulis tuis et non potuerunt
curare eum. Respondens autem ihesus
dixit o generatio incredula et peruersa
quousque ero apud uos quousque patiar
uos adferte illum huc mihi. Et increpauit
illum ihesus et exiit ab eo daemonium
et curatus est puer ex illa hora. Tunc
accedentes discipuli secreto dixerunt
ihesu quare nos non potuimus eicere
illum. Ihesus autem dixit eis propter
incredulitatem uestram. Amen enim dico
uobis si habueritis fidem sicut granum
sinapis dicetis monti huic transi hinc
illuc et transibit et nihil impossibile
erit uobis. Hoc autem genus non eicitur
nisi per orationem et ieiunium. Conuersantibus
autem eis in galilaea dixit illis ihesus
futurum est filium hominis tradendum
esse in manus hominum et occident eum
et die tertia resurget. Et contristati
sunt ualde. Et cum uenissent capharnaum
accesserunt qui didrachma accipiebant
ad petrum et dixerunt magister uester
non dat didrachma. Dicit etiam ei
quid tibi uidetur simon reges terrae
a quibus accipiunt tributum uel censum
a filiis suis an ab alienis. Et cum dixisset
ab alienis ait illi ergo liberi sunt filii.
Ut autem non scandalizemus eos uade
ad mare et mitte hamum et eum piscem
qui primus ascenderit tolle et aperto
ore illius inuenies staterem illum sumens
da eis pro me et te. In illa hora accesserunt
discipuli ad ihesum dicentes quis putas
maior est in regno caelorum. Et adprehendens
ihesus paruulum statuit eum in medio
eorum et dixit amen dico uobis nisi
conuersi fueritis et efficiamini sicut
paruuli non intrabitis in regnum caelorum.
Quicumque ergo humiliauerit se sicut
paruulus iste hic est maior in regno
caelorum. Et qui susceperit unum
paruulum talem in nomine meo me
suscipit. Qui autem scandalizauerit
unum de pusillis istis qui in me credunt
expedit ei ut suspendatur mola asinaria
per collum eius et demergatur in profundum
maris. Uae mundo a scandalis necesse
est enim ut ueniant scandala uerumtamen
uae homini illi per quem scandalum
uenit. Si autem manus tua uel pes tuus
scandalizat te abscide eum et proice
abs te bonum tibi est ad uitam ingredi
debilem uel claudum quam duas manus
habentem uel duos pedes mitti in ignem
aeternum. Et si oculus tuus scandalizat
te eice eum bonum tibi est cum uno
oculo in uitam intrare quam duos oculos
habentem mitti in gehennam ignis.
Uidete ne contemnatis unum ex his
paruulis dico enim uobis quia angeli
eorum in caelis semper uident faciem
patris mei qui in caelis est. Quid uobis
uidetur si fuerint alicui centum oues
et errauerit una ex eis nonne relinquit
nonagenta nouem in montibus et uadit
quaerere errantem. Et si contigerit
inuenire eam amen dico uobis quia
gaudet super eam magis quam super
nonagenta nouem quae non erraurunt.
Sic non est uoluntas ante patrem uestrum
qui in caelis est ut pereat unus de
pusillis istis. Si autem peccauerit in
te frater tuus corripe eum inter te et
ipsum solum. Si te audierit lucratus
eris fratrem tuum. Si autem non audierit
adhibe tecum adhuc unum aut duos ut
in ore duorum uel trium testium stet
omne uerbum. Quod si non audierit eos
dic ecclesiae. Si autem ecclesiam non
audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus.
Amen dico uobis quaecumque alligaueritis
super terram erunt ligata et in caelo et
quaecumque solueritis super terram erunt
soluta et in caelo. Iterum dico uobis
si duo ex uobis consenserint super terram
de omni re quamcumque petierint fiet
illis a patre meo qui in caelis est.
Ubi enim sunt duo uel tres congregati
in nomine meo ibi sum in medio eorum.
Tunc accedens petrus ad eum dixit
domine quotiens peccabit in me frater
meus et dimittam ei usque septies.
Dicit illi ihesus non dico tibi usque
septies sed usque septuagies septies.
Propterea simile factum est regnum
caelorum homini regi qui uoluit rationem
ponere cum seruis suis. Et cum coepisset
rationem ponere oblatus est ei unus
qui debebat decem milia talenta. Cum
autem non haberet unde redderet
iussit eum dominus uendi et uxorem
eius et filios et omnia quae habebat
et reddi. Procidens autem seruus ille
orabat eum dicens patientiam habe in
me et omnia reddam tibi. Misertus
autem dominus seruo illi dimisit eum
et debitum remisit ei. Egressus autem
seruus ille inuenit unum de conseruis
suis qui debebat ei centum denarios
et tenens suffocabat eum dicens reddo
quod debes mihi. Procidens ergo conseruus
eius rogabat eum dicens patientiam habe
in me et omnia reddam tibi. Ille autem
noluit sed abiit et misit eum in carcerem
donec reddat debitum. Uidentes autem
conserui eius quae fiebant contristati
sunt ualde et uenerunt et narrauerunt
domino suo omnia quae facta fuerant.
Tunc uocauit illum dominus suus et
ait illi serue nequam omne debitum
dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne
ergo oportuit et te misereri conseruo
tuo sicut et ego tui misertus sum.
Et iratus dominus eius tradidit eum
tortoribus quoadusque reddat uniuersum
debitum. Sic et pater meus caelestis
faciet uobis si non remiserit unusquisque
fratri suo de cordibus uestris. Et factum
est cum consummasset ihesus sermones
hos transtulit se a galilaea et uenit
in fines iudaeae trans iordanem. Et
secutae sunt eum turbae multae et
curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum
pharisaei temptantes eum et dicentes
ei si licet homini dimittere uxorem suam
quacumque ex causa. Qui respondens ait
eis non legistis quia qui fecit hominem
ab initio masculum et feminam fecit eos
et dixit propter hoc dimittet homo patrem
et matrem et adhaerebit uxori suae et
erunt duo in carne una itaque iam non
sunt duo sed una caro. Quod ergo deus
coniunxit homo non separet. Dicunt ei
quid ergo moyses mandauit dare libellum
repudii et dimittere. Ait illis quoniam
moyses ad duritiam cordis uestri permisit
uobis dimittere uxores uestras ab initio
autem non fuit sic. Dico autem uobis
quia quicumque dimiserit uxorem suam
nisi ob fornicationem et aliam duxerit
moechatur et qui dimissam duxerit
moechatur. Dicunt ei discipuli eius si
sic est causa hominis cum uxore non
expedit nubere. Qui ait eis non omnes
capiunt uerbum hoc sed quibus datum
est. Sunt enim eunuchi qui de matris
utero sic nati sunt et sunt eunuchi qui
facti sunt ab hominibus et sunt eunuchi
qui castrauerunt semetipsos propter
regnum caelorum. Qui potest capere
capiat. Tunc oblati sunt ei paruuli ut
manus eis imponeret et orationem faceret
discipuli autem increpabant eos. Ihesus
autem dixit sinite paruulos et nolite
eos prohibere ad me uenire talium enim
est regnum caelorum. Et cum imposuisset
eis manus abiit inde. Et ecce unus
accedens dixit ei magister bone quid
faciam ut habeam uitam aeternam.
Qui dixit ei quid me interrogas de bono
unus est bonus deus si autem uis ad
uitam ingredi serua mandata. Dicit ei
quae ihesus. Non homicidium non adulterium
non furtum non falsum testimonium
honora patrem et matrem et diliges
proximum tuum sicut te ipsum. Dicit
ei adulescens omnia haec custodiui a
iuuentute mea quid adhuc mihi deest.
Ait illi ihesus si uis perfectus esse
uade uende quae habes et da pauperibus
et habebis thesaurum in caelo et ueni
sequere me. Audito autem adulescens
uerbo abiit tristis erat enim habens
possessiones multas. Ihesus autem dixit
discipulis suis amen dico uobis quia
diues difficile intrabit in regnum caelorum
et iterum dico uobis facilius est camelum
per foramen acus transire quam diuitem
intrare in regnum caelorum. Audientes
autem discipuli mirabantur ualde dicentes
quis ergo potest saluus fieri. Intuens
autem ihesus ait illis apud homines hoc
impossibile est apud deum autem omnia
possibilia sunt. Tunc respondens petrus
dixit ei ecce nos reliquimus omnia et
secuti sumus te quid ergo erit nobis.
Ihesus autem dixit illis amen dico uobis
quod uos qui secuti estis me in regeneratione
cum sederit filius hominis in sede maiestatis
suae sedebitis et uos super sedes duodecim
iudicantes duodecim tribus israel. Et
omnis qui reliquerit domum uel fratres
aut sorores aut patrem aut matrem aut
uxorem aut filios aut agros propter nomen
meum centuplum accipiet et uitam aeternam
possidebit. Multi autem erunt primi
nouissimi et nouissimi primi. Simile
enim est regnum caelorum homini patri
familias qui exiit primo mane conducere
operarios in uineam suam. Conuentione
autem facta cum operariis ex denario
diurno misit eos in uineam suam. Et
egressus circa horam tertiam uidit alios
stantes otiosos et dixit illis ite et
uos in uineam meam et quod iustum
fuerit dabo uobis. Illi autem abierunt.
Iterum autem exiit circa horam sextam
et nonam et fecit similiter. Circa horam
autem undecimam exiit et inuenit alios
stantes et dicit illis quid hic statis
tota die otiosi. Dicunt illi quia nemo
nos conduxit. Dicit illis ite et uos in
uineam meam et quod iustum fuerit
accipietis. Cum sero autem factum esset
dicit dominus uineae procuratori suo
uoca operarios et redde illis mercedem
incipiens a nouissimis usque ad primos.
Cum uenissent ergo qui circa undecimam
horam erant acceperunt singulos denarios.
Uenientes autem et primi arbitrati sunt
quod plus essent accepturi et acceperunt
et ipsi singulos denarios. Et accipientes
murmurabant aduersus patrem familias
dicentes quia nouissimi hi una hora
fecerunt et pares illos nobis fecisti
qui portauimus pondus diei et aestus.
At ille respondens uni eorum dixit
amice non facio tibi iniuriam nonne
ex denario conuenisti mecum tolle quod
tuum est et uade uolo autem et huic
nouissimo dare sicut et tibi. Aut non
licet mihi quod uolo facere an oculus
tuus nequam est quia ego bonus sum.
Sic erunt nouissimi primi et primi
nouissimi multi enim sunt uocati pauci
uero electi. Et ascendens ihesus hierosolymam
assumpsit duodecim discipulos secreto
et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam
et filius hominis tradetur principibus
sacerdotum et scribis et damnabunt eum
morte et tradent eum gentibus ad illudendum
et flagellandum et crucifigendum et
tertia die resurget. Tunc accessit ad
eum mater filiorum zebedaei cum filiis
suis adorans et petens aliquid ab eo.
Qui dixit ei quid uis ait illi dic ut
sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram
tuam et unus ad sinistram tuam in regno
tuo. Respondens autem ihesus dixit non
scitis quid petatis potestis bibere calicem
quem ego bibiturus sum et baptismate
quo ego baptizor baptizari dicunt ei
possumus. Ait illis calicem quidem meum
bibetis et baptismate quo ego baptiz

00045160

Mus

sunt ut ponerent an eos z duos pis
ces diuisit cibus z maduerunt
runt omes z saturati sunt z sustule
runt reliquias fragmentoꝝ xij
cophinos plenos z de piscibus
erat ait qui manducauerunt v milia
virorum Et statim coegit discipulos
suos ascendere nauem ut precederent
eum trans fretum ad bethsaida don
ec dimitteret plm Et cum dimisis
set eos abiit in montem orare Et
cum sero esset erat nauis in me mari
et ipe erat solus in terra z videns eos
laborantes in remigando erat enim
ventus contrarius eis Et circa quar
ta vigilia noctis venit ad eos ambu
lans sup mare et volebat preter
re eos Illi autem ut viderunt eum am
bulantem sup mare putauerunt fan
tasma esse et exclamauerunt
omnes enim eum viderunt z conturbati
sunt z statim locutus est cum eis z dixit
illis confidite ego sum nolite ti
mere Et ascendit ad illos in naue
et cessauit ventus z plus magis
mirabiliter stupebant no intellexe
runt de panibus erat enim cor
eorum obcecatum et cum transis
sent pruenerunt in terram genezar
eth et applicuerunt Cumque egressi
essent de naui continuo cognoue
runt eum z percurrentes vniuersam
regionem illam ceperunt in grabatis
eos qui se male habebant circum
ferre vbi audiebant eum esse Et quo
cumque introibat in vicos aut in vil
las aut ciuitates in plateis po
nebant infirmos z deprecabantur

eum ut ne ad fimbriam vestimenti
eius tangerent z quotquot tetige
bant eum salui fiebant Et conue
nit ad eum pharisei z quidam de
scribe venientes ab hierosolymis
et cum vidissent quosdam ex discipu
lis eius communibus manibus id est non
lotis manducare panes vituperaue
runt Pharisei enim z omnes iudei nisi
crebro lauerint manus non manducant
tenentes traditionem seniorum z a fo
ro nisi baptizentur non comedunt
et alia multa sunt que tradita sunt
illis seruare baptismata calicum
z vrceorum z aramentorum z lectorum
Et interrogabant eum pharisei
scribe Quare discipuli tui non
ambulant iuxta traditionem seniorum
sed communibus manibus manducant
panem Ille autem dixit eis Bene
prophetauit de vobis ypocritis sicut
scriptum est populus hic labiis
me honorat cor autem eorum longe est
a me Frustra autem me colunt doce
tes doctrinas et precepta hominum Re
linquentes enim mandatum dei te
netis traditionem hominum baptismata
urceorum z calicum z alia similia
horum facitis multa z dicebat illis
Vtique irritum facitis mandatum dei
ut traditionem vestram seruetis Moy
ses enim dixit honora patrem tuum
z matrem tuam Et qui maledixerit
patri aut matri morte moriatur vos
autem dicitis Si dixerit homo patri aut
matri corban quod est donum quod
cumque ex me tibi profuerit et ultra

no dmittetis eu quodq; fruct pri
sio d mri ⁊ esm dentes vm da
⁊ tradiam vram qa tradidist
et similia huiusmodi multa faciant
⁊ aduocato itep turba dicebat illi
audite me omes ⁊ intelligite illigil
e extra hoiem introiens i eu quod
possit eu coicnare sed que de ho
mie pcedut illa sut que coicnat
hoiem Si quis hz aures audiendi
audiat Et au mkisset i domu a
turba mtrogabat eu discipuli
eius pabola et ait illis Sic ⁊ vos
imprudentes estis No intelligitis
quia oe extrinsecus introiens in
hoiem no pt eu coicnare quia no
intrat in cor eius sed in uentre
et in secessu exit purgans omes
escas Dicebat aut qm que de hoie
exeut illa coicnat hoiem Intus enim
de corde hoim cogitationes
male pcedut fornicatiões furta
homicidia adulteria
auaricie
nequicie dolus impudicicia oculus
malus blasphemia superbia stul
ticia oia hec mala ab intus pcedut
et coicnat hoiem Et mdr surgens
abiit in fines tyri ⁊ sidois
et ingressus domu neminem voluit
scire et potuit latere Nichil enim
statim ut audiuit de eo aut hec
bat filia spūs imudu intrauit et
pcidit ad pedes eius Erat aut mu
lier gentilis syrophenissa gnē
Et rogabat eu ut demoniu ei
eiet de filia eius Illi dixit illi
Sine prius saturari filios Non e
enim bonu sumere panē filioru et
mittere canibus Ille illa respon
dit et dixit ei Vtiq dne Nam et catelli
sub mensa comedut de micis pu
erorū Et ait illi ppt hūc sermonē
vade exiit demoniu de filia tua
et cu abisset domu suā inuenit
puellā iacentē sup lectu ⁊ demo
niu exisse Et itep exiens de fi
nibus tyri pt sidonē ad mare ga
lilee int medios fines decapoleos
et adducut ei surdu et mutu ⁊ de
pcabat eu ut ponat illi manu
et apprehendes eu de turba seorsū
misit digitos suos i auriculas eius
et exspuens tetigit linguā eius
et suspiciens in celū ingemuit et
ait illi Effeta qd est apire ⁊ statim
aperte sut aures eius ⁊ soluta est
catena linguē eius ⁊ loquebat recte ⁊
pcepit illis ne cui dicerēt Quanto
aut eis pcipiebat tanto magis plus
predicabāt et eo amplius admira
bant dicentes Bene oia fecit ⁊ sur
dos fecit audire ⁊ mutos loqui

Ca viii

In illis diebus itez cu turba mul
ta esset ⁊ nō haberent quod
manducarent conuocatis discipu
lis ait illis Misereor sup turbā quia
ecce iam triduo sustinent mecū et nō habent
quod manducent Et si dimisero
eos ieiunos in domū suā deficiet
in via Quidā enim ex eis de longe
venerunt Et respondent ei discipuli
sui Vnde istos potest quis hic satu
rare panibus in solitudine Et in
terrogauit eos quot panes habetis Qui
dixerunt septē ⁊ pcepit turbe discu
bere sup terrā Et accipiens septē panes

00045160

Scan
start

grab agens fregit · discipulis suis ut apponent · apposuerunt turbe · habebant pisciculos pau
cos et ipos benedixit et iussit appo
ni et manducauerunt et saturati sunt ·
sustulerunt quod superauerat de frag
mentis septe sportas plenas · erat autem qui
manducauerunt numero quatuor milia
et dimisit eos · et statim ascendens
nauem cum discipulis suis uenit in p
tes dalmanutha · et exierunt pha
risei et ceperunt conquirere cum eo querentes
ab illo signum de celo temptantes
eum · et ingemiscens spu ait quid
generatio ista querit signum · amen dico
uobis si dabitur generationi isti signum
et dimittens eos ascendens iterum naue
abiit trans fretum · et obliti sunt sumere
panes · et nisi unum panem non habebat
secum in naui · et precipiebat eis di
cens uidete · cauete a fermento pha
risaeorum et fermento herodis · et co
gitabant ad alterutrum dicentes · quia
panes non habemus · quo cognito ihs
ait illis quid cogitatis quia panes
non habetis · nondum cognoscitis nec
intelligitis · adhuc cecatum habetis
cor oculos habentes non videtis · et au
res habentes non auditis · nec recordamini
quando quinque panes fregi in quinque milia
hominum · et quot cophinos fragmen
torum plenos sustulistis · dicunt ei duo
decim · quando et septem panes in quatuor
milia · quot sportas fragmentorum tu
listis · et dicunt ei septem · et dicebat
eis quomodo non dum intelligitis · et ue
nerunt bethsaidam · et adducunt ei cecum
et rogabant eum ut illum tangeret · et
apprehensa manu cecum eduxit eum extra
uicum · et exspuens in oculos eius impo
nens manus suas interrogauit eum si a
liquid uidet · et aspiciens ait uideo
homines uelut arbores ambulantes ·
deinde iterum imposuit manus super
oculos eius · et coepit uidere · et restitutus
erat ita ut uideret omnia clare · et misit
illum in domum suam dicens · uade in
domum tuam · et si in uicum introieris nemi
dixeris · et egressus a illinc in
ti pulos eius in castella cesaree philippi · et in uia interrogabat discipu
los suos dicens eis · quem me dicunt
homines esse · qui respondentes illi dicerent io
annem baptistam · alii heliam · alii unum
de prophetis · tunc dicit illis
uos uero quem me dicitis esse · respon
dens petrus ait ait illi tu es christus · et comi
natus est eis ne cui dicerent de illo
et coepit docere illos quoniam oportet filium
hominis multa pati et reprobari a senioribus
et a principibus sacerdotum et scribis
et occidi · et post dies tres resurgere
et palam uerbum loquebatur · et adsumens
eum petrus coepit increpare eum · qui co
nuersus et uidens discipulos suos co
minatus est petro dicens · uade retro
me satanas · quoniam non sapis ea
que dei sunt sed que sunt hominum · et conuo
cata turba cum discipulis suis dixit
eis · si quis uult me sequi abneget
semetipsum et tollat crucem suam
et sequatur me · qui enim uoluerit
animam suam saluam facere perdet eam · qui
autem perdiderit animam suam propter me et euan
gelium saluam eam faciet · quid enim

ꝓdcit ſtor ꝑ lucretur mudu totu
et dtmctu ſtauit nec ſic aut
quid ḡo dabit cōmutatoꝝ ꝓ aia
ſua ¶ dixi ei me confeſſus fuit
et mea ẽ in gnatoe iſta adul
tra et pcatrice 2 ſilig ſtorb co
ſtribit ei ad vem 1 glaz prib
ſui cu angelis ſanctis ¶ Et dice
bat illis ¶ Ame dico vob dixia
ſut quida de hic ſtantibꝫ qui no
guſtabut mortē don vidcant
regnū dei vemente in virtute
¶ Et poſt dies ſex aſſumpſit ihc
ihc ſus petrū et iacobū 2 ꝙo
hannem 2 ducit illos 1 monte ex
celſu ſeorſū ſolos 2 trāsfiguat
eſt coram ipis ¶ Et vestimēta eius
facta ſut ſplendētia 2 candida ni
mis velut niꝫ qualia fullo ſup
ra no pt candida facere ¶ Et appa
ruit illis helias cū moyſe ¶ Et e
rant loquētes cū ihū ¶ Et respon
dens petrus ait ihū rabi bonū eſt
hic eſſe ſ facia3 tria tabna acula
tibi vnū et moyſi vnū et helie
vnū non en ſciebat quid dicat
¶ Erat em expauiti timore et fta
ta nubes obumbrans eos 2 vem
vox de nube dicens hic e filius
meus dilectus audite illū 2 ſta
tim circūſpicientes neminē am
plius viderūt niſi ihm tm ſecu
¶ Et deſcendentibꝫ illis de mote
pcepit illis ne cui que vidiſſent
narrarent niſi cū filius hominis a
mortuis reſurrexerit ¶ Et vm coti
nuerūt apud ſe querentes ꝙ eſt
cū a mortuis reſurrexerit

¶ Et interrogabat eū dicentes quid
ergo dicūt phariſei et ſcribe ꝙ
helia oportet venire primū ¶ Qui re
ſpondens ait illis helias cū venerit
primo reſtituet oia et quo ſcriptū e
ſt in filiū hoīs ut multa paciatur et
contemnat ſed dico vob ꝙ 2 helias
